bull. dell' Inst. 1884 p. 33). — 2) Viri clarissimi. — 3) Eiusdem nominis vir temporibus Diocletiani memoratur in titulis Africanis VIII 608. 5332 cet. — 4) Pro meritis? (Lanc.). — 5) A. 364.

4939 ... | .... [*contine*]ntis vitae, | pudicitiae, castitatis, | iuxta legem | divinitus datam, | decreto pontificum.

Romae rep. ibi ubi eae quae praecedunt a. 1891 (VI 32424 vidit Huelsen; Barnabei Notizie 1891 p. 232).

Titulum Coeliae Concordiae virginis Vestalis maximae habes supra N. 1261.

4940 D. Licinius | D. l. Astragalus | sacerdos virginum | Vestalium.

Romae rep. ad viam Latinam (VI 2150 cf. p. 3295 vidit Gatti).

4941 .... | C. Va ...... | rex sacrorum, augur, | cum Manlia L. f. Fadilla | regina sacrorum | patri karissimo.

Romae (VI 2123 servavit Sirmondus).

4941a .... | Manlia L. f. Fadilla | regina sacr., marito | optimo et sibi.

Prope Romam ad viam Cassiam (VI 2124 servavit Fabrettius).

Alii reges sacrorum populi Romani sunt supra N. 971. 1043.

4942 d. m. | L. Manlio L. f. Pal. | Severo regi sac|rorum[1], fictori | pontificum p. R., IIII|viro Bovillensi|um, collactane|o dulcissimo et | indulgentissimo | erga se fecit.

Castel Gandolfi ad lacum Albanum, iam Romae (XIV 2413 vidit Henzen). — 1) *Rex sacrorum fortasse non Romae sed ibi ubi fuit quattuorvir Bovillis.*

4943 v. f.[1] | L. Appius | Sabini lib.[2] | Cinnamus | [*fic*]tor ponti|[*ficu*]m Romae, | [*sexv*]ir Aug., sibi.

Veronae (V 3352 aliquoties descripta saec. XV. XVI). — 1) *Vivus fecit.* — 2) *Appii Sabini sunt XI 1146 col. 3, 40; Dittenberger et Purgold Inschr. v. Olympia n. 355.*

4944 mansiones[1] saliorum Palatino|rum a veteribus ob armorum magnalium[2] | custodiam constitutas longa nimi[s] | aetate[3] neglectas pecunia sua[4] | reparaverunt pontifices Vestae | vv. cc.[5] promagisterio Plotii Acilii | Lucilli, Vitrasii Praetextati[6] vv. cc.

Romae rep. in ruderibus templi Martis Ultoris in foro Augusti (cf. Iordan Top. I 2 p. 447 not. 15), ibique extat sed imminuta (VI 2158 vidit Henzen, quae perierunt adsumpta ex apographo facto saec. XV exeunte). — 1) *Curia saliorum, quam memorat Cic. de div. 1, 17, 30, diversa videtur fuisse.* — 2) *Videntur eadem esse quae plerumque dicuntur ancilia.* — 3) longanimitate *apographum vetus*, ... aetate *superest (restituit Mommsen).* — 4) *Ex eo quod pecunia sua mansiones saliorum reparaverunt pontifices, Borghesius opp. 7, 382 collegit titulum exaratum esse post annum 382, quo Gratianus deorum reditus in fiscum convertit, non recte ut videtur.* — 5) *Viri clarissimi.* — 6) *Lucillum et Praetextatum duobus annis continuis promagistros fuisse statuit Mommsen.*

Album saliorum Palatinorum habes infra N. 5024.

4945 C. Curtius | Post. l.[1] Helenus | lupercus.

Ex urbe Roma ut videtur in Siciliam allata (VI 32437 vidit Mommsen Panormi). — 1) *Eiusdem Postumi Curtii liberta est XI 3328.*